



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Eminentissimo Principi Bernardino Cardinali Spadae, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

EMINENTISSIMO PRINCIPI
BERNARDINO
CARDINALI SPADÆ,
INEVNTÉ ANNO M. DC. LI.
BENE PRECATVR.

O Pars altior inclyti Senatus,
Cuius Romula gens ab ore pendet
In latis simul, arduisq; rebus,
Nostri præsidium decusq; sæcli,
Qui patrocínio tuo fideli
Omnes ingenuas tueris artes,
Artes ingenuas adeptus omnes;
Vultu illo excipe blando, amabiliq;
Quo tamquam in solio suo renidet
Maiestas Latij, decorq; priscus,
Propensum obsequium mea Camæna,
Dum Iani redeuntibus Kalendis
Vota concipit, aureosq; soles
Tibi, ac Nestoreos precatur annos.
Dexter atque utinam Deus secundet,
Quæ cum solibus aureis Camæna
Et cum Nestoreis precatur annis.

Aulæa

Aulæa à fulmine illæsa, aureo tantùm
limbo correpto.

A *Vrum corripuit fulmen; nil cetera lesit.*
Non aliàs cecidit iustiùs ira Iouis.

Faber ferrarius diurnum quæstum
scenicis ludis impendens.

Postquam lassavit miseros incude lacertos
Forcipibus versans æra recocta faber,
Scenica ridendi studio spectacula querit,
Quosq; locat populo mimica turba iocos.
Hinc cæna infelix torquentes lumina cepæ:
Sic illi risus vertitur in lacrymas,

Cùm inhabitaret cubicula, quæ sunt
in fornice Vaticano.

Quas imminentes fornici vides curuo
Ædes inæquali ambitu, sed arcano
Sacras recessu, hortis virentibus letas,
Miroq; hyeme mediâ tepore vernantes,
Me summa Principis benignitas iussit
Incolere; me, qui nuper improbæ nutu

Sortis

Sortis reductum in angulum relegatus,
 Quà bubo, quà diræ striges cateruatim
 Ferales ab altis carmen integrant nidis,
 Longè à sodalium atque solis aspectu
 Vitam in tenebris ac timore ducebam.
 Succede tectis hospes, & loci felix
 Genio fruare, dum recolligis vires,
 Quas longa passus mille porticus fregit.
 Hic Phidias non signa, non Apellas
 Tabulas require: non teguntur auleis,
 Tyrio nec ostro splendidi lares fulgent;
 Sed omnium instar vultus est ALEXANDRI.

A D

ALEXANDRVM VII.
 PONT. OPT. MAX.

Ineunte Pontificatus anno quarto.

Non indigna Tui canerem nunc, Maximè
 Princeps,
 Sed cohibet iustus me, retinetq; pudor.
 Nam recolens lucem, TIBI quæ dedit Orbis habenas
 Natalem celebrat nostra Thalia suum.

A D

VII
 IN
 CURI

V
 Salve
 Faci

Quod
 Vis

Redde
 Et

Spes fu
 Non

Urbis p
 Deser

Irrita n
 Sed j

Omnia p
 Mor

Seeta b
 Brac